



**Christophori Ballistae Parhisensis In podagra[m] concertatio,  
ad Reverendissimum in Christo patrem, illustrissimumq[ue],  
Dominum Philippum de Platea, Sedunensem Episcopum. ;**

<https://hdl.handle.net/1874/421194>

# CHRISTO

PHORI BALLISTAE PARHISIENSIS  
in Podagrā concertatio, ad Reuerendissimum in Christo  
patrem, illustrissimumq; principem, Dominum  
Philippum de Platea, Sedunen-  
sem Episcopum.

ADIECTVS EST DI A LOGVS INTER  
Podagram & Christophorum  
Ballistam.

Ad triatendo.



REVERENDISSIMO IN CHRISTO PA-  
tri, illustrissimoq; principi, Domino Philippo de Platea  
Sedunensi Episcopo, Christophorus Ballista  
Parhisiensis. s. & fœlicita-  
tem optat.



V V M nouissimo mense Februario, Seduni  
esscm, cui florentissimæ, numerisq; omnibus  
absolutissimæ ciuitati, meritò præs. memia  
nisti, reuerendissime pater, literas me ad tuā  
dignitatem dedisse, quibus significabam eo me esse in te  
animo, ut uellem tibi Podagra laboranti, quanta possena  
& uigilantia & industria, mederi. Increbruerat siqui-  
dem ad meas aures publice fame rumoribus, eo te mor-  
bo cōflictari, & grauiter ac permoleste ferebam; talem  
tantumq; uirum, qualis quantusq; es, in id calamitatis  
deturbatum. Perlectis literis iussisti cōfestim in tuum me  
castrum accersiri. Vbi quām plausibiliter, & quanta  
cum humanitate me excepēris, nullis uerbis consequi-  
queam. Totum illīc triduum, nonmodo de tue Podagræ  
cunabulis, quæ & luculentissime & admodum graphi-  
ce narrabas. Sed de philosophicis diuinisq; rebus multa  
inuicem commētati sumus: cum incredibili profecto mei  
animi uoluptate. Sensi ex ea nostra cōfabulatione (ut ue-  
rum candide & absq; ullo suco fatear) longe plus te ha-  
bere, abstruse reconditæq; eruditionis, quām esse in Epi-  
scopo, unquā autumasse: raru adeò hoc infœlicissimo

nostro seculo est animal, & coruorarius albo doctus  
Episcopus. Ceterum, adornantem me abscessum hortas  
bere, quamquam uictus rationem: et nonnulla pharmaz  
ca tibi prescriberem, quibus truculentissimam istam bel  
luam (Podagram intelligo) ita obtruncare posse, ut nul  
lum denuo ipsi caput enaseretur: quemadmodum &  
Hydræ. Respondi mihi quidem, nil magis in uotis esse,  
quam tuis desiderijs morem gerere. Et quamquam sum  
mis medice artis professoribus: & in primis nostro Hip  
pocrati uisum fuit, factu difficillimum Podagram ene  
care a multis olim annis insitam, & quæ altius radices  
egit, non esse tamen eousq; desperandum, ut prosperam  
bonamq; ualeitudinem pro conclamata & extincta ha  
beamus. Addidi sicut complures dies nobis nouercantur:  
ita posse preter nostram expectationē, diem unū quem  
piam serenum ac propicium ad fulgere, qui nobis quoda  
dam ueluti Lethæum poculum, quarumuis eruminarum  
obliuionem exhibeat. Tuæ itaq; dignitati priusquam Se  
duno abscederem, nonnulla scripta reliqui, quantum mi  
hi tunc in summa, & ocij, & libroru penuria dabatur:  
que, si exacte & diligenter abste obseruata sunt, se  
datas autumo bona ex parte Podagræ intemperias.  
Nunc autem annuente Deo opt. Max. aliquanto ubea  
rius ocium nacti, adiuti simul opulctissima bibliotheca  
uiri undecunq; eruditissimi Christophori Clauseri in re  
medica eximij doctoris adgressi sumus concertationē in  
Podagram arduam quidem ipsam ac difficillimam. Et  
tibi

tibi (ut spero) non vulgari utilitati futuram. Primum  
huc nostrae, quantulacunq; esse potest, doctrinæ fœtum  
celeberrimo eidēq; amplissimo tuo nomini dico ac cons  
secro, quem ea fronte excipias, quæso, qua præsentem  
me excepisti, exorrecta scilicet, & hilarissima. Opus  
ipsum elegiacis numeris ex industria abs me forma  
tum est, quod memorie tenacius herere soleat, quæ car  
mine conscripta sunt. Sermonis cultum & politiem non  
tam obseruavi, quam ueram fidelemq; rerum omnium  
narrationem. (Nęq; enim eloquentia, sed remedijs mor  
bi sanantur, ut inquit noster Celsus) ut interim taceam,  
quam laboriosum sit ac difficile rei medicæ argumentū  
carmine tractare. Istud quicquid est operis, quod nunc  
sinimus sub clarissimi tui nominis tutela in publicam lus  
cem uagari. Tu, quæso, reuerendissime præsul idemq;  
illusterrime princeps, etiam atq; etiam commendatum  
habe. Et ita soue ac complectere: Ut ab eo emissum, quo  
nullus sub cœlo degit, tua dignitatis obseruantior. Ves  
rum hic diutius moror quam par sit: iam classicum aus  
dio grauissimi atrocissimiq; belli nuncium. Ad pugnam  
itaq; me accingo. Tu uero illustrissime Philippe, interim  
dum ego in Podagram uelitabor, & spe & patientia te  
ipsum aduersus seuissimum monstrum obarmas  
bis. Vale fœlix in Christo, & me  
(quod facis) ama.

CHRISTOPHORI BALLISTAE PARHI  
sienis in Podagram concertatio.

In Podagrā ualidis concurrere uiribus ardet,  
Mens mea, & audaci tela uibrare manu.  
Ausa est iam nimium multis hæc bellua ab annis  
In Sedunensem belligerare patrem.  
Ille iacet misere adfectus, nec flectere gressum  
Huic datur, aut agros posse mouere pedes.  
Et cochlearē in morē tacito latitare cubili  
Cogitur. O grauibus fata gemenda modis,  
Ulcerat ista meum nimio truculentia pectus,  
Cordolio, & salsas coniicit in lachrymas.  
Me dolor ire iubet dubijs in discrimina Martis,  
Quid moror: in pugnā iam properare iuuat.  
Hūc ades, ô nostri generis medicina, salusq;  
Aeterno soboles progenerata patre.  
Tu mihi certanti medicatas pande sagittas,  
Fac iaculis pereat bellua dira meis.  
At te per superum quotquot sunt numina suppplex  
Oro, anūnum fortē magne Philippe geras.  
Sperato, spes est pars uincendi optima morbi:  
Succedet uotis blandior aura tuis.  
Sepe dat una dies quod secula longa negarunt,  
Tempore & adueniunt cōmoda multa breui.  
Spero equidem Podagram tetrum mittemus in orcum,  
Et soli-

Et solidos poteris ferre Philippe gradus.  
Tu modò conserues memori quæ scripsero mente,  
Infigasq; animo dogmata nostratuo;  
Fallacem pedicam fera qua constringitur ipsis,  
In pedibus τρωσάγομενη Græcia docta uocat.  
Hinc haustum est morbi nomē, qui tormine seuo  
Corripit, incautos illaqueatq; pedes.  
Seuit in articulos primum, mox prelia tentat  
Plicibus, calcem protinus inde petit.  
Serpit & in coxam nonnunquam, altumq; tumorem.  
Inijcit, humorum dum graue pondus adeſt.  
Nonnunquam & loculus testes qui continent ambos  
Intumet, & solito longior efficitur.  
Tanti causa mali non una eſt, ſepe parentum  
Fit uitio, ut foetus corruiat in podagram.  
Corpoſe dimanañs toto ſi debile ſperma  
Exitereit, membrum fingere forte nequit.  
Inducit Podagram, nude indulgere paleſtræ  
Plus ſatis, & Veneris furtia iocosq; ſequi.  
Compages ſiquidem membrorum hinc tota mouetur,  
Et uirtus neruos priſina deſtituit.  
Tu quoq; qui præbes cunctis noua cornua Bacchæ,  
Humanos noſti debilitare pedes.  
Ennius altiloquo Heroum certamina uerſu.  
Scribebat Bromio dum bene potus erat.  
Occubuit Podagra tandem, nec carmina uatem.  
Mortis ab inſidijs eripuerſe ſuum

Articulis etiam bellum exitiale minantur

Frigora, longa quies, ex sine lege labor.

Cordis ex irati rabidus furor excitat ingens,

Humorum in toto corpore litigium.

Hinc fit ut effrenes nulla ratione uagentur.

Et misera neruos conditione premant.

Sepius is crasso sobolescit phlegmate morbus,

Non nunquam hunc etiam bilis utraq; parit.

Et nimius crux oppletos dum corporis artus,

Occupat id uitij progenere potest.

Crebrius adficitur podagra mas: foemina raro,

Eius causa rei clara, ex aperta liquet.

Foemina matricem naturae munere sumpfit,

Vnde fluunt sordes menstruus atq; liquor.

At cum desierint solito procedere cursu

Menstrua, tunc podagram foemina ferre potest.

Sexus item exuperat maiore calore uirilis,

Humorem in neruos qui penetrare facit.

Subduntur podagre quos urget cana senectus,

Quosq; diu morbi detinuere graues.

Sint satis haec quantum ad Podagre cunabula restat,

Ex anclanda graui pugna labore ferox.

Incipiam, primum à planta succo, atq; metallo.

Et lapide auxilium suppeditasq; petam.

Inde gradus celeres animalia ferre iubebo,

Viribus ex podagram suppeditare suis.

Postremoq; loco uino ex dape mensa structur.

Et recti

Et recti iustus dogmata certa dabo.

Prima tibi dabitur sedes Panacea decorum

Nomen habens cunctis, quod medeare malis.

Tu sociata uiae passae, pedibusq; reposta,

His adferre soles non leue subsidium.

Herba est que niro Phœbæi flagrat amore,

Syderis illius cōsequiturq; gradum.

Hoc orto se se ridens exporrigit, illo

Occumbente in humum mesta gemensq; cadit.

Propulsat podagram hircino cum est addita seu,

Et mellissa pedes trita iuuare solet.

Verbenam & pedibus coctam sociare iuuabit,

Romano quondam haec sacra fuit populo.

Mensa Iouis magni ac euerrebatur eadem,

Lustrabant aditus & loca quæq; domus.

Hostibus & bellum indicens pater ipse patratus,

Cinctum uerbena, est iussus habere caput.

Brassica mandatur (coctam præponito crude)

Illi excoctæ ius bibere haud pigrat.

Ipsaq; sit sociata sali, rute, & coriandro,

Ordea quam dederint sitq; farina comes.

Ex his confectum articulis cathaplasma dolorem

Auferet, & podagras trudet in exilium.

Et Rhaphani radix podagras, quibus haud tumor ullus

Si uino fuerit cocta leuare solet.

Insignem Rhaphanum magno ueteres habuere

In precio, & cunctis præposuere cibis.

Heliotro  
pium.

Decretum est Delphis quod celaretur in duro,

Bæta sed argento, plumbea rapa foret.

Adponenda hæc sunt podagræ, succus caprifici,  
(Sit fœnugræci mixta farina sibi)

Vrtice & radix acri contusa in acetato,

Laser si= Et folia ursino consociata adipi.

ue assa foæ Et succus quem Silphium alit quo spongia lota  
tida.

Parieta= Nec non Parthenium, Cypriam cui iungere ceras  
ria herba Et seuum quod habet sima capella uelis.

urceolaris Plantago sale conspersa, & lens mixta polente,

Scu Vitreo Mentastrum radix canabis, Abrotanum.  
lum.

Succus hyosciami fuerit cui mixta farina,

Populus. Cera Ammoniaco pondere iuncta pari.

Senetio. Herculeæ & frondes, quas forti percoque acetato,  
Herbaq; cui nomen cana senecta dedit.

Iuncta sit huic opus est axungia, tu quoq; ceras,  
Excoctis salicis frondibus ingerito.

De hoc Herbaq; quæ nomen fuci est sortita marinæ

Sexto Pom Arida ni fuerit te podagrose leuat.

peio. uide Triticeos podagram quis pellere credat aceruos,

Pliniu in Et firmos egro restituisse pedes

natural. Correptus podagra dum uentilat horrea Sextus

historia li Sese triticeos abdidit in cumulos.

bro 22.ca= Exurgens solito uestigia flectere gressu

pite. 25. Et stabilem coepit latu habere gradum.

Namq;

Namq; exiccatus humor fuit atq; reuulsus

Qui grauis extiterat fons & origo mali.

Triticum enim tanto præpollet robore, uasa

Vt completa etiam reddere sicca queat.

Sambuci folijs hircinum adponito scuum,

Fige pedi, præsens hoc medicamen erit.

Nec tu præterea herbam que flore uirescit.

Perpetuo, rubras deijcit hæc podagræ.

Siluestrisq; illas sedare cucurbita fertur

Cortice, & ardescens temperat ipsa caput.

Hasq; cucumber habet uires (id percoque acetos)

Anguinum, has etiam planta marina Brion.

Portulaca pedum lenit sale sparsa dolorem,

Atq; ignis flamas temperat ipsa sacri.

Sanari mirum est podagræ rubigine ferri,

Quin etiam hæc ferro uulnera facta fugat.

Thelephus Acacide ferro cum saucius esset,

Et medicam nemo ferre ualeret opem.

Consuluit tripodas, erit (inquit diuus Apollo)

Telephæ Achillea cuspide parta salus.

Magnanimo gaudens se obiecit Thelephus hosti,

Et simul accepit uulnus, & auxilium.

Et iuuat Antidotum quod cuncta uenena repellit,

A Grecis nomen fontibus illud habet.

Barbara sex hominum Tyriacam nuncupat atro

Errore, & tenebris abdita Cimerijs,

Semper ui-  
uum.

Multiple  
illa cōpos  
sitio aduer  
sus uenc  
na inuen  
ta theria  
ca uocis  
tanda est  
ποτῶς  
θρίον  
hoc est à  
feris siue  
belluis qd  
aduersus  
omnes ue  
nenatas  
beluas in  
stituta sit.

*Quid sal cōmemorem: rerum natura creatrix,*

*Nil sole utilius præbuit atq; sale.*

*Hoc condire epulas & fercula nostra solemus,*

*Si sal defuerit nulla popina placet.*

*Sal ualidos reddit firmos quoque corporis artus,*

*Id pescatorum cornea membra docent.*

*Sal uirtute acri pungit, penetrat, terebratq;*

*Dissoluit, mordet, concremat, extenuat.*

*Cum melle ac olco tritum mixtumq; farine,*

*Robore defectis præbet opem pedibus.*

*Fidere consilijs tu si dignabere nostris,*

*Inualidos neruos proluat unda Maris.*

*Vtile erit te sulphureis immergere thermis,*

*Sepius hinc uires experiere nouas.*

*Sulphure, Nitro, & aqua mixtis podagram refoueto.*

*Hanc quoq; cocta olei tingere stce potes.*

*Sint satis ex lapidum numero tres, sume Gagatem,*

*Ex hoc sulphureus manat & exit odor.*

*Serpentes abigit, si quicquam scripseris illo*

*Fictilibus uasis, nunquam abolere potes.*

*Impone hunc podagre: Magnes cui summa trahendis*

*Vis ferri est, podagram discutit atq; domat.*

*Cote teras Medium, mulierisq; addito latte,*

*Quæ primo partu est uisa tulisse Marem.*

*Sed abit podagram pedibus si admoueris illum,*

*Reddetur neruis pristinus atq; uigor.*

*Ad properate*

Ad properate modo festino animalia gressu,

Optatam nobis atq; feratis opem.

Offa hominum in cineres fuerint, cum trita minutos,

Ebbita auxilium, non mediocre ferunt.

Lac muliebre pedi adpositum, mixtumq; cicute,

Ardentis Podagræ, tormina dira fugat.

Anseris hoc adipi, ac hyssopo iungere cures,

Autopio huic e quidem recta medela datur.

Fœmineos adipi crines coniunge suillo.

Et praeue affectis admoue as pedibus.

Vrina haud plegeat quos sepe lauare uirili,

Illa sit ex sano corpore sumpta uelim.

Calcem aquilæ dextrū dextro cōiunge dolenti,

Ac leuo lœuum diffugietq; dolor.

Nonnūquā et pedibus fac multa locetur hirudo,

Quam sanguisuge nomine turba uocat.

Ipsa quidem humani multū sitibunda cruoris,

Descret arreptam, nonnisi plena cutem.

Humoresq; malos nimis qui causa doloris,

Extiterant auido protinus ore bibet.

Dum sese opplerit tandem satiata relinquet

Ipsa locum: Et multo pondere uicta cadet.

Si nimis adfixa est, modicum salis ingere triti,

Aut lanam exustam spargito uel cinerem.

Proderit eq; pedum uenis fudisse cruorem,

Hinc Podagram gignens humor abire solet.

**I**n ueteris galli exhaustum solamina confert  
Articulis placido membra calore replens.  
**L**ac asine epotum podagrī Chyragrisq; medetur,  
Proderit ac epulis sumpta asinina caro.  
**N**octua cui fuerint prepingua membra coquatur,  
Carne huius crebro uestere iusq; bibas.  
**C**aprini fuerit cineri si Axungia iuncta  
Stercoris et pedibus iuncta salubris erit.  
**O** summis lituis celebranda Axungia semper  
Artibus humanis comoda quanta paras.  
**F**rigida si fucrine nimiumq; algentia membra,  
Per te natuus tendit ad ipsa calor.  
**T**u rigida emollis tu mollia robore compleſ,  
Vlcerā de nostro corpore ſeuā fugas.  
**D**iscutis et podagrā, et Chyragrā, quid plura loqua?  
Id breuibus possum dicere cuncta facis. (mūr:  
**T**anta tibi uarie radices dona dederunt  
Que ſuibus præbeant ſuppeditantq; cibum.  
**P**ropterea trifidi domitrix fortissima mundi  
Ronula gens in te religiosa fuit.  
**T**e noua nupta ædes chari ingressura mariti,  
Vngebat poſtes uestibulumq; domus.  
**D**icitur hinc uxor quod ei de more uetusto  
Liminis ungendi credita cura fuit.  
**S**pes erat crumna Axungia pelleret omnes,  
Nec talem intrarent fati ſinistra domum.

Ad podagram

Ad Podagram redeo, milui sumus, et cochlearum  
Mustellaq; cinis, te podagrose iuuant.  
Debilibus neruis mustellæ admittit cruentem  
His etiam uituli commoda prebet adeps.  
His quoq; pertimidi carnes adponere damme  
Auriti et leporis ius statuisse iuuat.  
Vulpinam egrotis pedibus circundato pelle.  
Hos quoq; vulpino sedulus unge oleo.  
Hos etiam sat agas inuoluere pelle canina  
Atq; canis super hos sepe locetur adeps.  
Tu sepelire simo coruum curabis equino  
Viuentem: huic nullus sit locus effugij.  
Hinc extracta die quarta sua membra cremabis.  
Et cæræ adiunges quem tuleris cinerem.  
Admotus pedibus Podagræ fera bella coheret  
Ocius et uires suggestit ille nouas.  
Et Podagræ crucianen avis lunonia sedat. Pauo.  
Si pedibus statuas quem iacit ipsa sumum.  
Vnge pedem assati calida pinguedine felis  
Vtile cui fuerit iungere Castoreum.  
In cinerem redigas muli caput ipse marinæ  
Misceto melli delinitoq; pedes.  
Obstreperam ranam cultro discerpe, pedesq;  
Adfigas pedibus quos Podagra excruciat.  
Pestangat dexter dextrum, leuis quoq; laeuum,  
spesq; breui spatio certa salutis erit.

Libera nunc abeant animalia plurima restant,  
Scribenda, at quisnam scribere cuncta queat?  
Nunc ego te paucis quæ mensa struenda monebo,  
Nam res momentum non leue talis habet.  
Prodiga perfringunt neruos obsonia & artus,  
Sit tua frugalis parcaq; mensa uelim.  
Pane satis cocto imprimis uescarc, nec atro,  
Nec nimis albenti, sitq; sapore placens.  
Lagana, & imbutas melle exhorreto placentas,  
Atq; coqui docta structa toma clama manu.  
Viscosæ salsa, ueteris quoq; fercula carnis,  
Et salsos pisces te moneo, effugias.  
Allia cum ruta, & lachrimosas pellito cepas,  
Has quanquam Aegiptus numina sancta putat.  
Abstineas pipere & rapo, & uernalibus uuis,  
Pomis atq; piris quæ tibi præbet hyems.  
Lugubremq; fabam mensæ ne admiseris illam,  
Abiisciunt famij doz mata Pithagoræ.  
Hanc minime audebat flamen tractare dialis,  
Ipsa etenim ad laruas pertinet & lemures.  
Humanos hebetat sensus, insomnia dira  
Terrore, & gelido plena timore parit.  
Pisanues, & castaneas contemne, nec ullum,  
Caseus in mensa possit habere locū.  
Hæ tibi sint epule, gallus gallina, ariesq;  
Et bos quem nondum dura senecta premit.

Cuniculus

Cuniculus lepus, ouū sorbile, garrula perdix,  
Adde & aues adsunt membra pusilla quibus.  
Pisciculos probo quos fluido piscabere riuo,  
Nulla quibus squama est, hos procul esse uelim.  
Et lampetram abigas solita est que lambere petram,  
Et cancrum obliquo cui datur ire gradus.  
Anguilla haud mensas oneret, namq; ipsa tenacem  
Humorem humanis ingerit articulis.  
In pretio Murena fuit, luxuq; superbo  
Inter regales est numerata dapes.  
Enutrijs Druſi murenam Antonia inaures.  
Illi per pulchras obsequiosas dedit.  
Fleuit & extinctam lachrymis Hortensius amplis  
Murenam tantus feruor amoris erat.  
Hanc tamen abiicias quisquis podagrosus haberis.  
Morbo incrementum uel feret illa tuo.  
Vis breuibus dicam? quis enim omnia dicere possit?  
Plus tibi quam pescis proderit ipsa caro.  
Lene bibas temetum clarum, gratijs saporis,  
Infundes liquidam, si mihi credis, aquam.  
Pocula quot siccanda tibi nec scribere possim,  
Nec iuuat hanc ratio rem moderata regat.  
Vnum hoc te monitu cupio, dum mensa relicta est,  
Reliquias habeas & famis atq; sitis.  
Sumptum post epulas te hilarem reddet Coriandrum,  
Nec cerebri poterit tecta subire uapor.

Nec nimium uigila, nec plus satis utere somno,  
Distet is à cæna quæ breuis extiterit.  
Decubitus ledet (fugito hunc) tua membra supinus,  
Raro equita, curas pectore pelle graues.  
Aures te fidibus iuuet oblectare canoris,  
Mulcidaq; artifici tangere fila manu.  
Cantus enim ex animis curarum discutit æstus,  
Et ualidum corpus mens hilarata facit.  
Sint procul hinc rigidi nimium tetriciç; Catones,  
Sit procul hinc toruum & triste supercilium.  
Tu congerrones falsos simul atq; disertos  
Delige, quorum sint ora referta iocis.  
Quorum sit grauitas festiuo sparsa lepore,  
Linguaq; non uana garrulitate strepens.  
Colloquio hos admittet tuo, sed trude bilingues,  
Palpones, & qui tristia uerba serunt.  
Exercere gradu lœni, passuq; pusillo,  
Humorem excernet motus & ipse malum.  
Nam diuturna quies uires obtundit & artus,  
Conspurcare solet sordibus innumeris.  
Et ueluti ferrum multa rubigine sordet,  
Illud si nullis usibus admoueas.  
Corporan non aliter foedantur nostra, riuentq;  
In uitium, fuerint si requieta nimis.  
Fleibile præterea miserumq; est, regem animantium  
Non posse aut certe nolle mouere gradum.

Experiare

Experiare tuum sensim, ex certo ordine robur,

Id labor augebit, si moderatus erit.

Aera uitabis rapido qui concremat æstu,

Quiq; graui nimium frigore membra qualit.

Hos monitus seruare uelis, speroq; futurum

Intereat spatio dira Podagra breui.

Certatum satis est iam buccina rauca receptum

Nunciat, hic nostri meta laboris erit.

FINIS.

DIALOGVS INTER PODAGRAM  
& Christophorum Bals  
listam.

P. Heu heu me miserā, quō me uertisse iuuabit,  
In me tēlorum dum ruit ampla seges?

Heu quarta luna natam me ac sydere lēuo,  
Atra dies nimium quæ mihi prima fuit.

Vndiq; missilibus terebror, fuga nec datur ulla  
Enerues mihi sunt inualidiq; pedes.

Quām me lius natura feris prouidit, & ipsis  
Quo laqueos fugiant præbuit auxilium  
Sæpius irridet cassem, & uenabula ceruus  
Ridet aper, ridet siluicoleq; fere.

Cur? fretæ pedibus uitare pericula norunt,

Plurima pes agilis commoda s̄epe parat.  
Ast ego sum quauis testudine tardior, & me  
Viribus exhaustam ferrea tela pr̄emunt.  
Quid superest, nisi me barathrum detrudat in imum,  
Pallida mors, uite filia feceritq; meae? (P. quem⁹  
Ergo Ego nunc moriar? C. moriere. P. quid audio? C. me.  
C. Summū hostē Podagræ. P. quod tibi nomē? C. habe,  
Christophorus Ballista. P. in me quid spicula torquess?  
C. Ut fato occumbas. P. non ego promerui.  
C. Mille cruceſ tbi debentur, ſuſpendia mille.  
Mille ignes, mille & tormenta, mille rotæ.  
Et tibi poſt fatum, debentur tartara mille.  
Pluraq; quam poffim dicere supplicia.  
P. Dic cauſam. C. quia quos inſignit maſcula uirtus  
Adgrederis, ſolito deſtituiſq; gradu.  
P. Quos ego deſtitui? C. quos? enuemerare pigeret:  
Heu, nequeo fletu me cohibere graui.  
Vt taceam innumeratos, quorum feræ bellua, uires  
Fregisti, pedibus bella cruenta mouens.  
Tu Sedunensem crudeli Marte Philippum  
Vicisti, & uictum ſub tua fræna trahis.  
Cuius uita uelut lampas Phœbæa choruscat.  
Opprimis hunc uincis ipsa, ligasq; tuis.  
Tu telis moriare meis. P. Ignosce precamur.  
C. Id nequeo. P. non es ferreus. C. eſſe uolo.  
P. Luce frui me, queſo, ſinas, liberq; Philippus

Fiet

Fiet, ex his pedicis ipse solutus erit.  
C. Plura peto P. quenam? C. nullis sera bella moueto,  
Quos rutilans uirtus puraque; uita probat.  
P. Efficiam. C. uideas pactum promissaque; serues,  
Conficiam telis uel tua membra meis.  
P. Quosnam ergo dabitur pedicis inuoluere nostris?  
C. Que referam memori uerba reconde animo.  
Inuoluas illos primum qui in mutua currunt  
Funera et insano bella furore petunt.  
Quorum pacifici contra pia dogmata Christi,  
Arma pedes properant ad furibunda leues.  
P. Nunquid sceptrigeros audebo inuadere reges?  
C. Aude, ex his pendet tam grauis ansa mali  
Quemodo terrificis tellus non perfremit armis?  
Quemodo non nostro sanguine terra rubet?  
Ambitio quicquid regum temeraria tentat,  
Nos uulgas miserum plectimur et luimus.  
In iuncto his laqueum quem non perfringere possint,  
Post tantas furias in sapuisse uelint.  
P. Et quid preterea? C. uentres inuadito obesos.  
Et bellum tumidis infer aqualiculis.  
P. Muneris haud nostri est uentres inuadere. C. uentres  
Hos uoco qui sepe pinguis enutriunt.  
Commissis ouibus uerbi sed pabula non dant,  
Extremamque simunt has cruciare famem.  
P. Nil ne aliud restat? C. lurcones et comedones.


A 199 D S 93


Fures quoſq; Venus pellicit arripito.  
In ſumma ut breuibus ualeam concludere uerbis,  
Tu ne lede probos ſepe noceto malis.


FINIS DIALOGI.


CHRISTOPHORI BALLISTÆ AD CHRI  
STOPHORVM CLAVSERVM ME  
DICAЕ ARTIS EXIMIVUM  
DOCTOREM EPI =  
GRAMMA.


Ipſe ego Christophorus foetum tibi mitto recentem,  
Christophoro nuper quem mihi muſa dedit.  
Non bene compactos huius ſi noueris artus.  
Complaneſ docta ſingula membra manu.  
Si deformis erit, poteris nec reddere bellum,  
Te precor hunc lucis munere deſtituas.  
Si placido fuerit uultu, membrisq; decoris,  
Calcographus uestem det ſibi Christophorus.  
Nam tenerum & molleſ foetum diuittere nudum,  
Non auſim gelido frigore ne pereat.  
Ad tria tendo.














卷

11

